QUINTUS

quae simul tradi partib; debent si com
mendatis quicumq· susceperit id est testa
menta facta iudicia donationes uel cetera
talia · si alteri altero absente tradiderit ille
qui dederat reuocet q̄d dedit & omnibus
quib; in commune debebatur restituere
non moratur · TITUL · DE PIGNERIB· ET DEBITIS
I De non pignerando · II De pignere deposito & furato · IIII ·
III De pignere si pro debito deponat · IIII Si pignus
se repraesentato debitam · non reddatur · noxia
V Si una persona reatu uel debito multis teneatur ob:
VI Q ualiter defuncti debitum aut uiolentiam post mortem
I possit inquiri · DE NON PIGNERANDO ·

Pignerandi sane licentiam in omnibus
submouemus alioquin si non acceptum
pignus praesumpserit ingenuus de iure
alterius usurpare duplum cogatur exsol
uere · si seruus autem simplum restituat &
II · c· flagella suscipiat · DE PIGNERE DEPOSITO ET FURATO ·

Si quis pignus alteri deposuerit pro aliquo
debito & illud ipse qui posuerat furatus
fuerit · pro furae teneatur ·
III · DE PIGNERE SI PRO DEBITO DEPONATUR ·

Pignus quod pro debito deponitur si pro
cautionem fuerit obligatum & ille qui
pignus deposuerat ad tempus constitutum
debitum reformare dissimulet · post dictum
cautionis exactum usq· ad decem dies pig
nus saluum domino reseruetur · aut eidem
domino si in propinquo est deportetur
usq· ut restituat debitum moneatur · q̄d si
per neglegentiam suam debitor ad diem con
stitutum adesse neglexerit aut debitum
implere distulerit · addantur usurae · cete
rum si ad eē usq· ad decem dies sicut supra
scriptum est · aut q̄d deberet reformare
dissimulauerit · tunc creditor iudici uel
proposito ciuitatis pignus ostendat ·
ut quantum iudicio eius & trium onestorum
uirorum · fuerit extimatum · sit licentia
distrahendi · & postmodum de pretio uendi
pigneris creditor · quantum ei debebatur
sibi euidentius tollat · & reliquum ille recipiat
IIII · qui pignus se posuerit · SI QUIS REPRAESEN
TATO DEBITO · NON REDDATUR ·

Si quis ei cui rem pro pignere crediderit ad
constitutum tempus repraesentato debito pig
nus acceptum distulerit reddere · & hoc aut
ante tempus legi superiori taxatum uendere
uel in usus proprios · atq· alienos conterendum
praesumpserit · ad temptare uel in alterius e dif
ferens noluerit adsignare · pignus quidem
q̄d accepit integrum reddat · & medietatem
quantum pignus ualere constiterit domino
pigneris coactus inpendat · TURO BNOXIA ·
V · SI UNA PERSONA REATU UEL DEBITO MULTIS TENEA

Si una persona a pluribus reatu · uel debitrix
maneat · qui prior in petitione praecesserit &
aut per placitum & aut per probationem
siue per professionem eius eum sibi reum
uel debitorem esse docuerit · ipsi nihilomi
nus aut iuxta qualitatem debiti satis facere
conpellendus est uel damnandus a iudice
q̄d si quib; reb; uel debitor maneat · uno eodemq·
tempore contra eum agere coeperint · secun
dum quantitatem debiti uel reatus ad
reddere omnib; aut omnib; addicendus est
seruiturus · quaerere tamen iudicem ad liqui
dum oportebit cui magis reus uel debitor
maneat · ut ipsi maiorem partem reddi prae
cipiat · & de reliquo q̄d de facultate rei uel
debitoris remanserit · quantum reddatur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

ARCHIVES DÉPARTEMENTALES DU BAS-RHIN · CONSEIL GÉNÉRAL BAS-RHIN

HESSEN · Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Archives départementales du Bas-Rhin
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/adbr_151j50/0003